

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

Tacuit populus, & non respondit quicquam. 4. Reg. 18. v. 36.

EXPOSITIO LITERÆ.



Propositum Tautologiz est blasphemi impudentis theatrum, eius pervicacis adiatrephiz supplicium, audientium pudor, exedens introrsum ossa usque dolore in animam; quin valeret, esto vellent, inferre, uti par erat, vindictam. Posuit in celum os suum, & lingua transivit in terra, meditatione iniquitatis ex affectu flagitiosi cordis: quandoquidem elegit Rabfaces vulgare perceptibile idioma; ut à cunctis tumida auditu cognosceretur audacia. Occurrit, quod de Capaneo provocante ac despiciente Numina, dixit Statius,

lib. 10. Thebaid. à v. 900.

Cum medijs Capaneus auditus in astris:

Nullane pro trepidis, clamabat, Numina Thebis.

Quantam spes hominum tumida post pralia Ploegreæ?

Tunc etiam ferendus? Ab. Premit undique lentum

Turba Deum frendens, & tela ultricia poscit.

----- Pudet ista timere

Calicolas: sed cum in media vertigine mundi

Stare virum, insanasque vident deposcere pugnas;

Mirantur taciti, & dubio pro fulmine pendet.

Non tamen hac turbant pacem Iovis: ipse furentem

Risit.

Audit Deus, quasi non audiret: cæterum manet altà mente repositum iudicium: & ut deus tur in acris cordolium tempus, irridens qui habitat in cælis, servat sub pectore vulsibus.

2 Rabfaces ergo unus è Ducibus Sennacherib(alio nomine Sargon)Regis Assyriorum, residentis in Lachis, civitate Iuda, ab illo expugnata; missus in Ierusalem, Ezechia Principe; cum hic propter regiam maiestatem non apparuisset, cives urbis fastu terruit, & in blasphemias prorupit: equidem ore ferreo & corde plumbeo dixit audientibus urbis civibus: *Quam illi sunt in universis Dijs terrarum, qui erauerunt regionem suam de manu mea; ut possit eruerè Dominus Ierusalem?* Eadem Sennacherib scripsit, 2. Paralip. 32. 17. postquam duce remiserunt vacuum, & decrevit antequam Ierusalem, totam subingere Ægyptum (4. Reg. 19. à 10.) Imitatus est audaciam Pharaonis, dicentis: *Quis est Dominus, ut audiam vocem eius?* Utriusque impudentiam Nicanor. Respondentibus (dicitur, 2. Machab. 15. 4.) *Est Dominus vivus ipse in cælo potens; ille ait: Ego potens sum super terram, qui impero sumi arma.* Dixerunt: *Linguam nostram magnificabimus: Quis noster Dominus est?* Disperdat Dominus univerfa labia dolosa, & linguam magniloquam, Succinit Ludov. Crucius in Psalm. 12.

O frangat, orbem qui regit arbiter,

Fucata blandis ora coloribus:

Docetam recidat magna linguam

Intrepidatis resonare dictis.

3 Cur autem Ethnici Sanctum Israël blasphemijs exacerbaverint, haud aliam arbitror causam, nisi ab illis veram, cogitatam, sicut in suis Numinibus, Deitatem fictitia; equidem iudicabant Deos ex hominibus factos; ut canit Senec. in *Hercul. furent.* v. 446. Tumens Regum arrogantia fota potentia, servique loquentes ad gratiam Principum, plau-

Blasphemi
pœna ex au-
dacia.

Stat.

V. 35.

Reges insa-
tuati divini
tati presum-
ptione.
Plal. 115.

Cruc.

plauderant unumquemque tanquam unum Deorum. *Non est Deus nisi Nabuchodonosor;* Iudith. 6.3. Deus erat inter illos qui plus poterat; & cuius præsentior terror; equidem primos in orbe Deos fecit timor, legeque præscripsit, quos ipse ut Numen formidari veller. Ita insanè Nabachus Magnus, Daniel, 3. à v. 1. Antiochus Epiphanes, 2. Machab. 9. 8. supra humanum modum superbiâ repletus; & Alexander Magnus, quem ridet etiam vel Ethnicus Curt. in eius *Histor.* lib. 4. cap. 7. Præ cunctis Caligula, de quo Ioseph. lib. 19. cap. 2. *Attollem se supra humanum fastigium, & divinitatis opinionem affectans. In tantum ardua res est eos sapere, quibus adest quidvis facientibus impunitas.* Rationis quo deitas fulciebatur erat huiusmodi: Apud Homerum, Reges dicuntur *Patres populorum*: pastor ovium non est ovis (sic de cæteris) ergo pastor hominum non est homo. Si non homo Deus, Pater! Ita Philo in *Legation.* ad illum. *Admontus & Principum & Regum se excessisse fastigium, divinam ex eo maiestatem asserere sibi caput* (ait Sueton. in eo, cap. 22.) *datoque negotio, ut simulacrâ Numinum religione & arte præclara, inter quæ Olympici Iovis, apportarentur è Græcia, quibus capite dempto, suum imponeret; partem Palatii ad forum usque promovit, atque adeo Casloris & Pollucis in vestibulo transfigurata, consistens inter fratres Deos medium se adorandum aduentibus exhibebat; & quidam eum Latialem Iovem consalutaverunt.* Templum etiam numini suo proprium & sacerdotes & excoctatissimas hostias instituit. In templo simulacrum stabat aureum ionicum (imago ad vivum expressa) amiciebaturque quotidie veste, quali ipse utebatur. *Magisteria sacerdotij ditissimus quisque & ambitione & licitatione maximâ vicibus comparabat. Hostie erant phœnicopteri, pavones, tetrœdnes (Hispan. Abutaras) Numidica, Melagrides, phasiana; quæ generatim per singulos dies immolarentur.* Vid. Ioan. Schild. hic. Urem isthunc nemo dexterius pupugit, quam Gallus quidam: qui quidem, ut ait Dio, cum Iovis specie pro tribunali sedentem intuitus subrisisset, & interrogatus à Caligula, quid esse illi videretur, respondit: *Bellissima infans, ingenio sumque delirium.* Apte Seneca in horum Deitatis propositum. *Nil aliud actum propositum* (ait, de *Vit. beat.* cap. 26.) *quam ut pudor hominibus peccandi demeretur, si tales Deos credidissent.* Plura de huiusmodi amentia, quæ videris, diximus, Tom. 3. T. 10. n. 84. T. 3. n. 111. & T. 8. n. 12-5. T. 8. n. 2. 1. denique ibid. T. 10. n. 33. & 53. Ambulabant miseri in mirabilibus superbie, arroganterque loquebantur de Numine vivo & vero, quasi loquerentur de Numine ficto aut ficto, ligneo aut marmoreo. *Ubi est Deus Emath? Ubi est Deus Sepharvaïm, Ana & Ava? Nunquid liberaverunt Samaritam de manu mea? dixit etiam Rabfaces, quasi nullum discrimen Numium & Numinis, nec distinctio in adæquatione collationis. Quænam hæc provinciæ & urbes, videsis apud Tremellium hic, & Adrichom. in *Nephtali.* n. 45. & 2. *Manasses.* n. 97.*

4 Venit ergo Sennacherib in Iudeam, postquam pater eius Salmanasar decem tribus ex quibus constabat regnum Israël, transiit in Assyriam; ut posset opus perficere patris, alijs duabus tribus proprijs sedibus evulsis, quod quidem facile, capris Hierosolymis. Astu profectus & potentia usus est. Astu, dum missus ab illo Rabfaces prociac, pervicax legatus, finxit, à Domino in urbis deditionem, quod esset missus. *Nunquid (ait) sine Domini voluntate ascendi ad locum istum, ut demolirer eum? Dominus dixit mihi: Ascende ad terram hanc, & demolire eam.* Inconsequenter igitur processit, dum à domino fe missum dicit quem post blasphemus nihil habet. Si nullus momenti Deus, sicut Dij nullius momenti; quid quod miserit vel non miserit, ut Rex civitatem traderet? Iurè dicitur, quod insanierit: cap. 19. 28. Infidiz valde efficaciæ sub specie Religionis. Hinc ita deponderunt animæ, qui propugnabant Ierusalem tempore Titi: igitur *primùm quidem motum, quandamque strepitum senserunt* (inquit Ioseph. 7. de *Bell.* cap. 12.) *postea verò subitam vocem audiere, quæ diceret: Migremus hinc.* Iam porta Orientalis aenea & gravissima, visâ fuit noctis hora sexta patefacta, & spontè: cogitantibus cunctis, inisse, *hostium donum esse, portas aperiri, solitudinemque illo ostento signari.* Egimus, Tom. 3. T. 12. D. 4. m. 3. Artificiose à Rabface deaurabantur technæ: quandoquidem si à Domino inimici vocantur, portæ spontè ingressuris aperientur. Non solum dolo, sed potentia blasphemus adorsus est cives: igitur eius Princeps florebat copioso & instructissimo exercitu: quo postquam subiugavit munitas urbes Iuda, obsidere decrevit Ierusalem: verum revocatus à proposito propter hostium advenientium falsam vel veram vantem famam; expeditio nem in Ægyptum direxit & Æthiopiã, in quarum subiugatione duos plene consumpsit annos, & tertio in Ierusalem triumpho gaudibundus rediit; ut deditam haberet, vel viribus debellaret.

Quinam ma-
simè

Ioseph.
Argumentum
tum Caligulae.

Insolentia &
infansia.

Sueton.
Templum su-
bi exiit, &
ingravit.

Dio.
Senec.

V. 34.

Feliciores
doli sub re-
ligionis spe-
cie.

V. 25.

Ioseph.
Porta Orientis
tatis tempis
miraculose
aperta.

5 Ioseph. 10. *Antiq.* cap. 1. asserit fugisse ex Ægypto, quia in auxilium Pelusij, ab Ægyptiis oppugnati, venit Tharaces (quem Scriptura vocat Tharacem) per desertum copias ducens, ut ex improvise adoriretur Ægyptios. Mendacium mendacio Herodoti astruit: siquidem ideo exarmatum Sennacherib removit à Pelusio exercitum; quia in una nocte contulerit quicquid ex corio in armis, alius exercitus murum. *Clem Sennacherib* (sic Herodotus lib. 2. cap. 46.) *Arabum, Ægyptiorumque Rex cum magnis copiis inoassisset Ægyptam; tunc memorant, Sacerdotem consilij inopem in cœnaculum se contulisse, ibique apud Simularum complorasse, quanta pati periclitaretur: eique inter lamenta obrepisse somnum, & inter quietem visum aslare Deum exhortantem, nihil ipsam molestia passurum, si copijs Arabum obviam iret: Se enim auxiliarios ei missurum. His insomnijs fretum Sacerdotem, sumptis Ægyptiorum bis, qui sequi vellet, castra in Pelusio posuisse, quod expugnabat exercitus Sennacherib:.. Noctis effusam ipsis hostibus vim aggressum murum, qui illorum tum phartras, tum arcus, tum scutorum habenas obederunt; ita ut postera die hostes, armis exuti fugam fecerint multis amissis: eoque Rex in templo Vulcani lapideus stat, manu murem tenens, atque hæc per literas dicens: In me quis intuens pius esto. Eadem Chartar. in *Minero*, fol. 260. & Strabo lib. 13. Dicitur hic Sacerdos, simulque Ægypti Rex, Seton: post Appollo Smythæos, cuius imago premens murem obijcitur, ut observant Gyrald. *Syntagm.* 7. cap. 23. Alexand. ab Alexandr. lib. 4. cap. 122 & Elian. 6. de *Histor. Animal.* cap. 41. qui lib. 12. cap. 5. infit: *Mures adorant: unde Appollinem qui apud eos maximâ religione est, Smythium appellant in cuius aditibus alunt mures, eisque vicibus publicè præbent, at infra altare ubi habitent mures albi, latibula habent. Apud etiam tripodem Appollinis, muris est effigies. Aberrat à proposito La-Zerda in 6. *Aneid. Virgil.* v. 620. n. 13. ubi astruit, imaginem tenentem in manu murem esse Sennacherib. Tota fabula ex argumento veritatis ficta, & sanè corrupta historia ex plaga immissa Philistæis à Domino propter Arcæ captivitatem, & non inanis oblati, cum reducerent. Herodotus prænt occurrit, tanquam prodigium Numinum historię aptavit.**

Mures agrestes in Sennacheribi copias. Herodotus.

Appollinis Smythiæ image.

Elian.

Oratio expeditionis Sennacherib.

Prudent.

Ioseph.

6 Contrarium constat ex Scriptura: etenim ab insolente Sennacherib subingantam Ægyptum & Æthiopiã prædixit Isaias, esp. 20. 3. Brietius in *Chronolog.* Ann. Munda 3223. conciliare contendit, astruens Sennacherib partem exercitus misisse in Pelusium, interimque, cum ipse esset in Iudæa, minareturque Ezechij captivitatem & urbis devaluationem, & audisset adventum Regis Æthiopi in Pelusij suppetias; ne sui opprimerentur, relicti Iudæis, occurrisse discrimini suorum, in consuetudine Tharacem prostrasse, si mulque Regem Ægypti, victoremque de duplici Rege rediisse in Iudæam adversus Ezechiam; ut gloriose, faulteque qui utrumque vicit, sub potentiore manu ignominiose caderet, uti videbimus. Pingitur articulus falsus à Prudentio, in *Psychomach.* a 274.

*Non pudet, o miseri plebeio milite claros
Attentare duces, ferroque læsere gentem
Insignem titulis, veteres cui bellica virtus
Dioittas peperit; latos & gramine colles
Imperio calcare dedit: Unde advena nudus
Nititur antiquos (si fas est) pillere Reges?
Sed cadit in focum præcepti, quam callida fortè
Fraus interitio suffoderat aequore furtim.
Define grande loqui, frangit Deus omne superbum?
Magna cadunt, inflata crepant, tumescit præmuntur.*

7 Priusquam aggrediamur Tautologiæ expositionem; operæ erit, sententiarum conciliare contrarietatem. Per triennium Regis, Ægyptiorum perficitur bellum: ita ut quavis in Ægyptum abiret, & abesset; nihilominus milites reliquerit in civitatum prædijis, & cum Rabface copias in frequentes excursiones. *Profectus ipse* (inquit Ioseph. loc. cit. cum copijs contra Ægyptios & Æthiopes; Rabfacem ducem cum duobus alijs ad continuandum Ierosolymitanum bellum, reliquit. Ab his ergo fruges conculcate, arbores succise: ita ut sicut Ezechias obturavit capita fontium, ut hostes siti perirent, vel recederent (2. *Paralip.* 32. 3.) similiter hostes arva cum messe, herbaque proculcatis diripiabant, ut fame oppressi cives Ierosolymam traderent. Monitus itaque à Rege Isaias tam de valetate agrorum, quam de convicijs in Deum; libertatem à Deo sine arcu & gladio promissit, insuperque habituros sufficienter cibos, quantumvis à grassatoribus agrorum proculcarentur proventus; hocque pro signo libertatis civitatis, & fuga inimici Regis. Rabb.

Sal.

Salomon asserit, contritis fegetibus, & excisis arboribus, per miraculum factum, quod nec fegetes essent sine spicis, neque arbores sine pomis. Vide Lyran. hic n. 19. & Sandium, n. 32. Qui enim mirabiliter alebat tantam multitudinem, profecto fugaturus Ægyptiorum Regem. Hinc facit dicit Vares: *Tibi autem Ezechia hoc erit signum: Comede hoc anno quod repereris: in secundo autem anno, quæ spontè nascuntur: porro, in tertio seminate & metite, &c.* Tunc næ manus Domini exaltata, factaque proculdubio de insolentibus vindicta. Quomodo intelligendum hoccine testimonium, innuit Versio Hebræa legens ita: *Comede hoc anno cadiva, & in anno secundo cadentia ex cadivis.* Non est difficile capri. Cadiva sunt, quæ remanent ex frugibus proculcatis, quæ quidem non possunt verè meti, sed colligi. Ex cadivis nascentia, sunt fegetes, quæ ex granis conculcatis, a terra receptis germinarunt, ac in fructus provenerunt. Unde sufficienter curâ Dei habuerunt per biennium cibaria, sine semente novâ, neque telluris cultura. Consulatis alia apud Maluend. & Sanctium tam hic, quam in *Isai.* 37.

8 Sic ergo, verum ab omnibus prætermittitur obviam insignis Antilogia, quæ à Scripturæ interprete nequaquam prætermittenda. Describitur hic ad anni secundi cibum à Vate commendatum, quod in libro eius commendatur ad primum. Ita ergo testimonium: *Comede in secundo anno, quæ spontè nascuntur.* Apud Isaiam, loc. cit. v. 30. *Comede hoc anno, quæ spontè nascuntur: in anno secundo pomis vescere.* Mandatum unum, ceterum tempus diceretur. Doctis. Sanctius hic n. 27. conciliationem promittit; sed nescio qua dormitacione non exhibet. Alapide intendit in expositionem testimonij, verum non curat de tempore. Septuagint. *Comede hoc anno, quod non seminasti, & anno secundo relinquant.* Pagnin. *Primo anno vesceris eo quod ex radice pulullat; secundo, eo quod ex granis ortum est.* Iuxta hæc lectiones Alapide subdit: *Comede quæ spontè nascuntur, scilicet, vel ex arbore, vel ex granis deciduis; non autem ex semente, vel ex germine reciso, aut repellantente, ut dictum est anno primo.* Cur autem sic intelligendum in anno primo, & non in anno secundo; profecto voluntarium; ubi nec Scripturæ nec rationis fulcrum. Minime, quantum auguror, conciliabuntur iuxta præfinitum tempus pugnantia loca: ni Expositores idem astruant esse pro primo anno *quæ casu reperta, & spontè nata:* similiterque pro secundo idem esse, *pomis vesci, & quæ nascuntur spontè.* Hoc opus & labor. Mihi divinandum est.

9 Attamen audeo, in re non pervia nec trita dicere, *Spontè nasci* sumi debere proprie & impropric, catachrefice. Patet ex ipsis testimonijs; quidem cum quæ spontè nascuntur sint offensantis, quarentis, vel explorantis; de natis sponte, proprie dicitur, *Quæ repereris.* Impropric autem sumitur *spontè natum*, quando natum in similitudinem eorum quæ spontè nascuntur. Unde dum dicitur, *Pomis vescere;* haud sensus est, quod pomis alatur, sed ex fructibus, qui adinlat pomorum in terra nascuntur. Sicut enim poma quotannis non seminantur, nec coluntur, sed nascuntur ex antiqua radice; ita vel quæ nata, nata dicuntur sponte, pro civium cibo in secundo debellacionis anno. In primo edendum quæ repererit populus, ex his quæ relicta ex frugibus seminatis, proculcatis ab infestis inimicis: quæ utique dicuntur spontè nata; non quia nata spontè; sed quia casu inventa. Hac enim de causa derelicta ab inimica depopulatione, dicuntur *Cadiva.* Anno secundo in cibum sumenda spontè nata, haud, ut in primo, casu inventa, vel oscitanter ab hostilibus derelicta; sed quæ sine labore aut ulla cultura nata: quæ sanè dicuntur *Poma*, non quia poma, sed quia pomorum inlat, sine studio culturæ nata, aut recadiva fuerunt ex antiqua radice. Iam emerit, verum in ampliore expositionis claritatem, hic subintelligenda, ut sæpe alibi, nota comparacionis. *Isai.* 50. 2. *Desertum faciam mare: ponam flumina in sicum. Zachar.* 10. 10. *Reducam eos de terra Ægypti, & de Ægyptiis congregabo eos: & transit in mari fretu, & percutiet in mari factus, & confundentur omnia profunda fluminis, & humiliabitur superbia Assur, &c.* Cuncta intelliguntur facili, cum comparacionis indice. Populus captivus erat non in Ægypto, sed in solo Babylonico: & dum dicitur, *Reducam de terra Ægypti, & de Ægyptiis;* intelligendum, Ita congregabo eos de Ægyptijs, sicut reduxi de terra Ægypti: quandoquidem si aliquod obijcitur impedimentum vel fluminis vel maris; exsiccabo, uti feci, mare Rubrum, & Iordanem, ut ingrederentur in terram promissionis. 2. Reg. 21. 19. *Adeodatus percussit Goliath Gettham:* idest, similem Goliath. Quod quidem claret 1. *Paralip.* 20. 5. ubi *Percussit Adeodatus fratrem Goliath Getthai:* hoc est, similem, uti latè videbimus, *Tom. seq. T. 1. & egimus, Tom. 3. T. 13. n. 10; Claudian. 2. de Rapt. Proserp.* à v. 28. in acceptionem succinit;

4. Reg. 19. 29.

Quæ dicuntur cadiva, & ex cadivis nascuntur.

Septuag. Pagnin. Alapide.

Catachrefis

Quid dicatur ex terra natum spontè.

Comparatio sine nota comparationis.

Frater pro simili.

Spe-

Claud.

Species & vultus in ore
Fratres erat, Phœbique genas & lumina Phœbi
Esse patet, solusque dabat discrimina sexus:

Apud Virgilium Achilles dicitur vir fortis, quasi Achilli similis. *Ecolg.* 4. v. 36. *Ad Troiam magnus mittetur Achilles: lib. 6. Aneid.* v. 89. *Latio iam partus Achilles: & lib. 9. v. 741.*

Virgil.

Incipe, si qua animo virtus, & consere dextram:
Hic etiam inventum Priamo narrabis Achillem.

Hic similitudo intelligenda, non proprietatis, quo fax ut conciliatur præfata auctoritas; in qua vefci pomis, non fit proprietatis, sed verbum similitudinis; quatenus idem meta- phorice pomis vefci, ac natis sponte proprie: igitur percepta absque ulla in laborem fo- licitudine.

10 Adhuc alia præmittenda. Cum Rabfaces accessisset ad mœnia Ierusalem, Eze- chiz colloquium indixit, ut fretus Assyriorum potentia ignominiose tractaret. Hunc Rab- bini signant Regis Ezechiz cognatum, & Isaiz filium; qui desciverat à lege & patriâ, propter temporalia commoda, & propter dexteritatem ac sanguinem regium; maximè habebatur apud Sennacheribum. Vide delirium apud Hieronymum. in *Isai.* 37. v. 3. *Angu- stin.* 2. de *Mirabil. fact. Scriptur.* cap. 27. Rabanni. in *4. Reg.* 18. & *Briet. loc. cit.* Rabbinus, dum cupiunt se demonstraſſe in Scriptura ingeniosos, ostendunt curiose vel imperitos vel fatuos. En radix illarum ineptiarum. Præcepit Dominus Isaiz, ut cum filio Sehar- la- sub occurreret Achaz extra mœnia Ierusalem, illique prædicere (& si Regi placeret, mira- culo confirmaret) à tanto duorum Regum fumoſo apparatu balli, quantumvis indignum, liberatum iri. Ita ergo vertit Vulgatus: *Egredere in occursum Achaz tu & qui derelictus est Iasub filius tuus, &c.* Myſterium agnolcunt in *to Derelictus filius tuus.* Ille solus dere- lictus, quippe alter ex duobus transfugerat ad Regem Assyriorum; qui quidem procox fronte perficitâ, rogatus loqui Syriace, ne verbis inverecandis commoverentur audien- tes: noluit supplicibus viris auctoritatis acquieſcere, imò ut conturbaret cives, locutus He- braice. Dissimulant in huiusmodi anilla, filium Isaiz vocari *Sehar-Iasub*, signantque dun- taxat *Iasub*, omituntque uti proprium *Sehar*, quod significat *Derelictum*, ut altuant vigilis vacci cerebri fomium. Frequenter in Vulgato invenitur, ubi occurrit aliqua vox Hebræa constans ex duabus; unam in Latinam linguam tradaci, & aliam relinquere in ori- ginali idiomate: Silem enim vertit pro *Ierusalem*, & *Duma* pro *Idumæa*, *Lemites* pro *Bethlebemites*, *Filius Ieremi* pro *filius Benjamin*, *Ram* pro *Abraham*, *Xerxes* pro *Artax- erxes*, *Gbonias* pro *Iechonias*, *Iachim* pro *Heliachim*, vel *Heliacim*: ut clariùs pateat, *Ezech.* 47. 16. dicitur *Domus Tichon*, pro *Casser tichon*: v. 17. *Atrium Enon*, pro *Cas- ser-Enon*. Idem, cap. 48. 1. *Atrium Enan*, quippe *Casser*, seu *Chasser* significat domum vel atrium. Ubi ut vides, à Vulgato prior pars nominis relinquitur, posteriorque tantum tanquam nomen signatur, uti in præfenti *Sehar-Iasub*. Hæc figura dicitur *Aphareſis*, vel *Ellipsis*, ut *Ruo* pro *Eruo*; *Pone metum*, pro *Depone*. In primis exemplis potiùs, quàm huiusmodi schema, locum habet *Syneope*; ut *Saclam*, *Vincla*, *Anarunt*, *Au- dierunt*.

Quis fuerit Rabfacen

Isai. 7. 3.

Syneope.

Aphareſis. Ellipsis. In nomi- bus proprijs Bibliæ so- let prior pars omiti.

11 Fabulam Fabulæ attexerunt Rabbinî: equidem cum pro Rege descenderent ad Rabfacem Eliacin filius Helciæ præpositus Domus (ideſt, templi) & Sobna Scriba (queni dicitur Templi theſaurarium) simulque Ioâhe à commentarijs, seu ſecretarijs Regis (de quorum primis agit Isaiaz etiam cap. 22.) fixerunt in Sobna execrabilem perſidiam. *Tradunt Hebræi* (inſit Hieronym. d.) *Rabfacis comminatione perterritum Sobnam tradidiſſe ma- nus Aſyrijs, & inferiorem partem Hierusalem adverſarijs prodidiſſe: exceptaque arce Sion & Templo, nihil aliud remanſiſſe quod non tenuerint Aſyrij.* Fallum omnino. Primò, quia, ut ſubdit Doctör Maximus, *Errant qui Sobnam qui nunc cum Eliakim & Ioâhe ad Rabſa- cem egreditur, eundem putant quem & ſuprà.* Ibi enim Sobna præpoſitus templi ponitur, qui ab Aſyrijs dicitur eſſe capiendus: hic autem Sobna Scriba. Deinde, quia Dominus dixit de Rege Aſyriorum: *Non ingreditur urbem hanc, nec mittet in eam ſagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circumdabit eam munitione: per viam qua venit revertetur, & civitatem hanc non ingreditur, dicit Dominus.* cap. 19. à v. 32. & *Isai.* 37. 33. Retorqueatur Profanus, lib. 1. Od. 34. à v. 1.

Parcus Deorum cultor, & infrequens
Inſanientis dam ſapientia
Conſultus errat: nunc retrorſum

Horat.

Ves

Vela dare, atque iterare curſus,
Cogitur. Valet ima ſummis
Mutare, & inſignem attenuat Deus,

12 Coram his nuncijs Ezechiz, venena pectoris impius evomit Rabfaces; tan- tò acrior, quantò illi expugnationi civitatis videbatur difficilior, cupiens complacere Re- gi, cui gratior ſingulari improbitate: equidem propter inverecundiam eius demerue- rat gratiam, Fatetur in ſimilem furia infernalis, atque tenebroſa, flammivoma Erin- nys.

Quantam virus fove- bat Rabfacis pectus

Ipsa quidem fateor vinci, rabidoque magiſtram
Prævenit ingenio: nec plus ſermone morabor.
Solus habet ſcelerum quicquid poſſedimus omnes;
Hunc ego ſi veſtra res eſt accomoda turba,
Regalem ad ſummis perducam Principis Anlam;
Sit licet ille Numâ gravior, ſit denique Mimos,
Gedet, & inſidijs noſtri ſectetur alumni.

Claudianus

Ita ex Claudiano, 1. in *Rufin.* à v. 110. Probavit eventus, dum patuit viſcerum virus: igitur liberrimè, parthaciè ac inverecundè tetigit extrema exlegis & effrenioris de- mentia. *Quis eſt (dixac effutivè) ut eruat Dominus Ierusalem de manu mea? & Isaï,* 36. 20.

Andis
Iupiter hæc, nec labra moves, cum mittere vocem
Debueras vel marmoreus, vel aneus?

Iuvenalis

Nec galeam quaſſas, nec terram fulmine pulſas? Blaſphemia audita interlocutores præ- fati ſiluerunt, & non reſponderunt ei verbum: quinimò eſtò dolore percullus, Tacuit po- pulus, & non reſpondit ei quicquam. Cauſam huius ſilentij tribuitur præcepto Ezechiz. *Acceperant (ſubditur) ut non reſponderent ei.* Quàm cautè! quàm prudenter! *Imperitis enim ſermonibus, & ſuſtini Barbarico, & gloſſaſia (impudentia, ſcilicet) linguæque con- tra Deum petulantia, illachrymari potiùs (inquit Cyrell. Alexand. hic) quàm reclamare oportuit.* In ampliores durioresque blaſphemias proſiliret, ſi quis audaciam zelo ductus oppugnaret: præboret utique in convitia & execrationes deteſtabiles anſam, quiſquis in- conſiderate vellent compellere linguam. Docuit Michaël. *Cum Archangelus cum diabolo diſputans altercarent de Moſi corpore; non eſt auſus iudicium inferre blaſphemia, ſed di- xit: Imperet tibi Dominus.* Si conaretur diaboli frangere audaciam, hic proculdubio erumperet in maligniorem blaſphemiam: ceditque prudenter improbo; quia rem in præ- cipitis articulo, factus committere Deo. Ipſe enim ſinit linguaces tolli, ſine formidine in altum, ut lapſu maiori tuant in immane præcipitium.

Isai. 36. 12
4. Reg. 18.
36.
Cyrill. Alex.

Tudæ, v. 9.
Irao proca- ci, & præci- piti cedens dum.

13 Modò quia pervium iter in expoſitionem Tautologie, videbimus quid indicent geminationes ſilentij, luxta huius vocis acceptiones, delicabitur tam principalis pleonaf- mus, quàm affines: equidem ex horum intelligentia elucebunt plura ſacra & profana teſtimonia. Vox nil aliud eſt, quàm pulſatio quedam ab aère per aures, cerebrumque & ſanguinem ad animam penetrans. Ita Nicol. Nancel. lib. 3. *Analog. Microe. ad Macroſm.* cap. 2. Parum diſtat à Platonica diſſinitione, apud *Plutarch.* 4. de *Placit. Philoſoph.* cap. 19. & lib. 8. *Sympoſ.* cap. 3. quem ſequitur *Lal. Biſciola*, de *Tom. 1. Horar. ſubſec.* lib. 10. cap. 22. Non ſanitur vox prænt comprehendit omne ſonum à loquentibus, à ſonan- tibus, à ſtrepentibus: improprie hiſ duobus ultimis modis dicitur vox, qui proprie ap- pellandus ſonor. Sonus ergo eſt ictus aëris ex collisione ſolidorum. Unde *Ariſtotel.* 2. de *Anima*, cap. 8. *Sonus (inquit) eſt alicuius ſemper, & ad aliquid, & in aliquo:* ſcilicet in aère: equidem uno duntaxat ſolido (uti cum lana percussitur) ſonus non fit. An edat ſonum corpus ſolidum verberans, vel verberatum, remittimus in otium *Philoſophorum*, *Dividitur ſonor in vocem, murmur vel ſuſurrum.* Murmur eſt quaſi indilinguibilis ſo- nor, ramor mutus penè vocis, quaſi aque ſilentioſe fluentis. Vox eſt ſonus, qui ab animato procedit: inanima enim vocem proprie non habent, ſed tantum abuſive, ſeu metapho- rice. Ita *Plato* tam in *Sophiſta*, quàm in *Theatet.* quo liquet ſenſus *Pauli* dicentis, 1. *Cor.* 14. 7. *Quæ ſine anima ſunt, vocem dantia, ſive tibia, ſive cithara:* igitur horum inſtru- mentorum quæ dicitur vox, eſt ſolummodò ſonor iuxta miniarizationem, reflexionem, laxationem, extensionem, brevitationem, compreſſionem, differentionem, & concentum, ad imitationem vocis humanæ, quæ eadem facit, & conficit, induſtriâque ſine artificio per- ficit. Vide *Nancel. d. cap. 9.* Quare etiâ vox ſonus ſit, ſonus autem non eſt vox: quippe vox eſt

Quid vox?

Quid ſonus? Ariſtot.

Tom. VI.

Lz

est idus aëris respiratiōe attracti, cum aliqua animalis imaginatiōis; qua quidem exclu-
sa, sonus tantummodò est, quæ poterat esse vox; ut patet in rulsiente & steruante. Vox
ut vox est sonus significatiuus: datur enim animali (etiam ad alia quoque homini) ut explicet
uilitatem aut damnum; commodumque vel incommodum. Leges Aristotel. lib. 3. *Histor.*
Animal. cap. 9, & Sect. 11. *Problem.* 58. & 60.

Pon articu-
lata. & Bri-
dula.

Plutarch.

Aristot.

Quid vox
vocalis?

Quomodo
inanimata lo-
quuntur?

Qua inani-
ma locuta.

Alex. Mag.

Nieremb.
Lapidis mi-
rabilis vox.

14 Vox igitur ut species soni dividitur in articulata, et in mutam seu dearticu-
lata; quam informem dicere possumus: igitur huiusmodi in vocibus idem nonnunquam
sonus; ut audimus in mugitu, rugitu, balatu, latratu, &c. singularum specierum, vi-
dendis apud Ouid. *Eleg.* de *Phylomela*. Hoc enim sensu moti dicuntur homines, quanvis
uocem meditatò edant, modò ad omnia eadem vox, idemque sonus. Ita muti serpentes,
& muta animalia vel uocem habentia, ut infra uidebimus. *Usurpatur etiam abussuè in
bratis animantibus* (subdit Plutarch. in loc. cit. cap. 19.) *in inanimis uox ceu tinnitus &
crepitus. Proprie uero uox dicitur articulata, qua est Græcè Phone, quasi mens concepta
illumians.* Vox articulata dicitur *Dialectus*, seu sermo, ut ait Philofophus, quo du-
dum, & lib. 4. *Histor.* cit. cap. 9. dicitur etiam *Logos*, seu uerbum, & ratio aut locutio;
quia per uoces notio conceptorum à ratione, siue mente formatrice, quod proprium
hominis. Unde idem ibid. *Sermonem solus homo habet ex omnibus animantibus.* Sen-
sum enim solus habet, quo efformat sonos, interpretes mentis, vel animi, lingua in
usum apta, adiuncta & adiuta palato, offensione dentium, ac laxatione, vel compres-
sione labiorum. Incircò uox formatur in ore, impulsu à pectore, & dictata à capite;
ipsà lingua aërem immoderatè profusum determinante, utque in conatas expressiōnem
fingente, distinctis flexionibus, ad sonos distinctos, in distinctos mentis, animique
conceptus. Quapropter homo non solum ut cetera animalia habet uocem, indicantem
commodum vel incommodum, sed etiam iustum & iniustum, quo non gaudent cetera
animalia, uocem dearticulatam habentia. Hinc vox hominis uocalis dicitur, ut apud
Mantuan. *Ecolg.* 3. v. 37. *Vocali uoce fatigat* (de quo suo loc. *Tom. seq. T. 3.* ad illud *Psalm.*
3. *Voce mea ad Dominum clamaui*: ubi reliqua de Voce) quia qui loquitur, que lo-
quitur intelligit, exprimens rationem; & qui audit, ut ratione respondeat, loquentis per-
cipit mentem.

15 Si inanima, vel animata aliquando locuta fuerit, non ideo locutio propriè: equi-
dem sine intelligentia dicere non possunt etiam loquantur: quippe uoces non intelligent,
ut patet in auibus garrulis. In inanimis totum ab agente exti infeco, medio aëre, abque
ulla uitalitate: igitur in illud eloquium, uitalis nec instrumentum. Imò nec uitalis actio
extrinsecè mouentis, quia sine uita nulla species uitalitatis. Non secus in uocum efforma-
tionem assumuntur elementa, arbor uel lapis, inepta ad uoces: iuxta illa enim, uel intra
illa sit vox ab Angelo bono, uel malo in locutionem, secundum intelligentiam uerba illo
medio proferentis, & perceptionem locutionem auscultantis. Siccine locutus est Angelus
de medio rubi, apparens in flamma ignis. *Exod.* 3. quo dici quibat rubum locutum, sicut
quercus Dodonea (de qua Lucian. in *Micyllo*) fatidica clariuit: tabula Argus uasis, ut
canit Orpheus, in *Argonaut.* Ulmus Gymnosophistarum Apollonium salutus: Philostrat.
in *Vit.* eius, lib. 2. cap. 3. Caulis fluiuis à quo auditum, *Salus Pythagora.* *Ælian.* lib. 4.
Var. histor. cap. 17. Expulsi Regibus arbores locutas, sicut muros Babylonicos, *Firmiter
stabimus quousque mula pariat*; prodidit Epidius *lib.* 17. cap. 15. & Ravif. *Textor.* lib. 7.
cap. 53. *Officin.* De arboribus Solis & Lunæ Indice, Græcæque loquentibus, ait Alexand.
Magn. *Arbor enim Solis primo iurare Solis orientis Indicæ mihi dixit: Inuicte bellis Ale-
xander, unus eris terrarum orbis dominus, sed uivus in patriam non reuertetur: ita enim
fata de tuo capite statuerunt. Ab arbore Luna, oriente Luna noctis, audiui: Alexander ple-
num iam ætatis sinem non babes; sed sequenti anno mense Maio in Babylone morieris. A
quo mitis speras, decipieris. Ad annum & menses octo morieris, non ferro ut suspicari,
sed ueneno. Hactenus in *Epist.* ad Præceptor. suum de Itinere, situque Indicæ.*

16 Mira fanè refert Eusebius Nieremberg. de *Miracul.* *Europ.* cap. 2. & lib. 3. *Histor.*
natur. cap. 20. Apud Occidentales Indios in Regno Motezumæ iustum (ait) immane taxum
asportari ad sacra Idolorum peragenda: immobile cum steterit, nec cum ab infinitorum
rudentibus urgetur, quicquam moueri potuisset, aut ulla vi sedem mutare; frustra tan-
dem conantibus intonuit vox: *Nullo, scilicet, pacto posse moueri, quandoquidem nature
Domino barbarorum sacrificia displicere.* Palam ita locutus & fassus est lapis. Nunciatur
Regi prodigium, ibique sacrificia peragi iubet; & in hanc uocem iterum prorupit lapis:
Nome iam dixit, displicere ista Creatori? In huius fidem permittam transiper me
por-

portari: & iterum *stabo fixus, ut dimovere me non ualeatis.* Idem intelligendum de lo-
cationibus idolorum & statuarum, ut de simulacro Iouis Antiochiæ arte Theocenci Ma-
gi loquente refert Euseb. lib. 5. *Ecclesiast.* *histor.* cap. 5. *Olympia simulacrum Iouis, quod
dissolui transiitque Romam placuerat* (ait Sueton. in *Calig.* cap. 57.) *tantum cabin-
num repetè edidit; ut machinis labefactis opifices diffugerint.* Plura refert lib. 3. *Con-
tr.* *Italian.* Cyrell. Alexandrin. Obsequens de *Prodig.* Valer. Maxim. lib. 1. sub eodem titulo,
nosque ueliquequæ in *Epheurr.* & aliqua mira, *Tom. 3. T. 4. n. 17-4. T. 6. D. 5. n. 10.* &
T. 10. n. 23. Hinc ut oracula planfa huiusmodi diaboli embolia, & ut Numina culta lu-
corum ligna, uti astrictimus *Tautolog.* 1. n. 54. & *Plin.* lib. 12. cap. 1. *Dios putant* (infr
Q. Curt. in *Histor.* *Alex.* de Indis, lib. 8. cap. 9. & *Alex.* ab *Alex.* lib. 6. cap. 26.) *quicquid
colere ceperunt, arbores maxime, quas violare capitale est.* Idem refert *Dempster.* ad *Rosin.*
de *Antiq. Rom.* lib. 1. cap. 13. inter miraque nartandum, quod signat *Plin.* lib. 17. cap. 25.
& *Textor.* loc. cit. Arbores sedem mutasse Neronis principatu. Scitur modò cur dicitur à
Propheta: *Vox qui dicit ligno, Expergiscere, Surge, lapidi tacenti.* Ex uoce censebant Ethni-
ci arbores uigiles, quasi dormientes tacentes: simulque in lapidibus motum, dum aliquod
ab illis addiderit uerbum; de quo etiam infr. n. 38. *Vaticinatur Delphica rupe:* ait Sophocl.
in *Oedip.* *Tyrann.* n. 980. *Vocalem Phœbi petram:* Nonn. 8. *Dionys.* v. 301. *Natura aederat
uocem saxis, respondentem homini, imò uero & obloquentem. Quid lapidis rigore pigrius!*
Eete sensus manusque tribuit illi. Ita stolidè *Plin.* lib. 36. cap. 16. referente cap. 15. fugiti-
uum lapidem, quo usi Argonautæ pro anchora: fixum plumbo, ne fugeret. Oh! quanta
caecitas, & demonis pernicitas!

Sueton.

Simulacra
rum & stu-
pium.

Q. Curt.

Habac. 2. 19

Plin.

Trallian.

Plin.
Capita cada-
uerum loca
quentia.

Leopard.

Homer.

Num. 22. 28
Genes. 3. 12

Et anima-
ria muta.

Sap. 11. 16
Iud. v. 14

17 Hac pertinet, quicquid circa cadavera dolofus excogitauit, ut magis deciperet.
Teallianus de *Mirabilib.* tol. 104. ait: *Quo tempore Atilius Glabrio Consul uisit Antiochum
Regem Asia, deterritis Romanos oraculis, & Publij Ducis Romanorum caput relictum
in lapo, qui corpus deuorauerat (ut ipse prædixit furore diuino peritus) cecinisse longo
sermone aduenturam cladem Romanis.* Simile refert *Plin.* lib. 7. cap. 52. *Bello Siculo* (infr
Gabinus Casaris clariissimus, à Sexto Pompeo, iussa eius inofsa ceruice, &
uix coherente, iacuit in litore tot à die. Deinde cum aduesperauisset, cum gemitu pre-
cibusque congregata multitudine, petiit, uti Pompeius ad se ueniret, aut aliquem ex
charis mitteret: se enim ab inferis remissum, habere que nunciaret. Mihi plures Pom-
peius ex amicis, quibus Gabinus: Infris Dijs placere Pompeij causas, & partes pias: proin-
de euentum futurum, quem optaret. Hoc se nunciare iussim: argumentum fore ueritatis,
quod prædictis mandatis, protinus expiraturus esset. Idque ita euenit. De capitis præclii
uocem, occiforem indicante: referunt multa Aristotel. 3. de *partib. animal.* cap. 10. *Cael.*
Rhodigin. lib. 3. cap. 23. *Nancel.* d. lib. 3. cap. 9. & *Leopard.* lib. 9. cap. 2. qui subdit: *Eris
Armenij filius, natione Pamphylius, multis acceptis uulneribus, inter mortuos ad eum
usque diem relictus, deinde duodecimo ad sepulturam sublati in rogo reuixit, ac mira
quædam sibi uisa, dum exanimis iaceret narrauit. Orphei capue Cyro prædixisse mortem &
à feminis asferit Philostrat. in *Imaginib.* Quod quam frequens inter Ethnicos, aluitur,
ex illo Homeri, 20. *lliad.* v. 500.*

Isque dum loquitur, miscetur puluere uertex.

18 Etiam uoces racionales arte boni & mali Genij audiuntur efformata: ex instru-
mentis ac linguis in sermone ineptis, ut in Aina Balaâm, qua quidem locuta, ut dicitur
Numer. 22. 28. *Aperuit Dominus os asinae, & locuta est.* Ab Angelo in ore aine for-
mata sunt uerba, & articulata uoces, quas Balaâm intelligeret ad diens, sicut in dæmone
quoad Euan in ore serpentes, organo concavum oris, ne per rictum sine collisione
egrediretur aër; & aptando loquum, subleuatione ponderis, fugebat pigritiæ, & mo-
rosæ gravitatis, in humanam loquelam. Instrumento enim linguæ nuturum animalium in
articulatas uoces usus est & Lucifer, & Archangelus Michaël, ut cogitat Theodoret. hic
quæst. 42. Ideo istiusmodi locutio mirabilis, quippe gaudebant sermone naturaliter mu-
ti. *Mutos serpente: Ægyptij colbant, & bestias superuacuas, ut loquerentur; plauderentque
mirabilia, dum uoces intelligentiæ proferrent muta animælia.* Ethnicos his artibus, qui
gaudet mille nocendi, usque in cachinum indicatus est. In *Epidiuro* locutum fuisse lep-
tentem, qui *Æsculapij* adorabatur ut *Numer.* refert *Valer. Maxim.* lib. 1. cap. 8. *Canem locu-
tum & serpentem larale in Regifugio; Plin.* lib. 8. cap. 41. *Columbas Dodones, Sophocl.* in
Trachin. a. v. 30. & *Ærafm. Ciblad.* 1. *Centur.* 1. n. 7. *Afinum* in *Cypro*, *Bellonius* in *Obfer-
uat.* fol. 117. *Bovem* locutum, in *Sicilia*, *Tit. Livius*, lib. 24. sect. 31. *Aliam* similiter
secundo bello Panico, dicentem: *Cave tibi Roma, Obsequens de Prodig.* & *Textor* loc.

722

cit.

cit. qui addit: Ante paulo quam Augustus Imperator factus esset, bas in suburbano Roma arantem locutus est, frustra se urgeri: non enim frumenta, sed homines brevi deserta Euro. Gallam gallinaceum humane locutum, Plin. lib. 10. cap. 21. Virgil. r. Georg. v. 478. Pecudeque locuta. Lucanus, 1. Pharf. v. 561. & Tibull. 2. Eleg. 5. v. 78.

Ravil. Text. Lucan. Tibull.

Tum pecudum faciles humana ad murrina lingua.

Fataque vocales præcussisse boves.

Leonem dixisse Apollonio Tyranno esse animam Amasida, olim Aegypti Regis: latè prodidit Philostrat. in eius Vita. lib. 5. & Nos in Ephemer. Itagor. Jul. n. 8. Hinc supponit Gentilium: etenim ut dicit Euripid. in Troadib. v. 666. de Equa:

Eurip.

Hæc bestia est & muta, rationis usu caret, & naturâ inferior.

Sæpe ut Balæam correptionem habebant suæ vesaniæ subjugale mutum animal, lapidem vel statuum, hominis voce loquentia; sed illi ut ait Petrus 2. Epist. 2. 12. peribant in corruptione sua, velut irrationabilia pecora naturaliter in captivitate & in perniciem, in his quæ ignorabant, blasphemantes.

Tit. Liv.

19 Alia etiam ineptitudo in instrumento linguæ est præ teneritudine carnis, ac non usu mentis in articulas voces, ut videtur in infantibus, maiorque obex adhuc in utero remanentibus, & propter imbecillitatem virium, & etiam propter aeris elicitum defectum: ita observant Petr. Garcia, de Locis affectis, disputat. 71. & Laurent. Sciencz. 8. Anatom. quæst. 26. Horum plura exempla compilavit Andr. Libavius tom. 2. Singular. Livius quo suprà. Infantem (inquit) in utero matris in Marrucinis, 10 triumphæ, clamasse. De Izate Rege Adiabænorum (postea cum matre Helena, legis Moisaicæ profelyto) ait Ioseph. 20. Antiq. cap. 2. in vulva matris locutum. Monobazus sororis amore captus, in uxorem ductam gravidam reddidit. Accidit deinde, ut unâ cubans, & manum reclinatam habens in uxoris utero, vocem quandam sibi videretur audire, iubentem, ut manum à ventre tolleret, nève premeret fœtum, qui ut non sine divina providentia inchoatus sit, ita finem habiturus esset fortunatissimum. Hæc voce territus, uxori indicavit, &c. Sæpe auditum huiusmodi portentum apud Romanos, refert Augustin. 3. de Civ. cap. 31. Omitto plura prodigia facta à Deo, qui miraculat Sanctos suos, ut vel ab utero, aut ab ubere genitricum commendet ut virtutum singularium; videnda apud Bagattam duplici Tom. de Admirand. Orb. Christian. Nancel. ubi suprà. cap. 9. Reyes Franc. in Camp. Elyf. quæst. 55. n. 7. Delr. Disquisit. Magic. lib. 2. quæst. 19. & quæst. 26. sect. 5. & Ioann. Rodolph. Camerar. Centur. 11.

Ioseph. Fœtus loquens, & infans.

Infans natus in utero salutaris. Plin.

20 Etiam plura & insignia referuntur de infantibus recens natis, extra & ultra naturæ feriem locutis. Iul. Obsequens, d. asserit, Amiterni infantem cum nasceretur, matrè dixisse: Ave. Serva enim erat, indicavitque per suam nativitate, eorum vitam servitatem. De Croesi filio inquit Plin. lib. 11. cap. 51. Primus sermo amiculo est. Semestris locutus est Croesi filius in crepundijs: quo prodigio totum id concidit Regnum. Fallitur, ut videbimus, num. seq. Mirum prodigium est (inquit Rhodig. lib. 29. cap. 14. & paulo aliter Reyes. Franco, n. 8.) quod Hali Abaregel commemorat, in Regia se vidisse natum infantem, qui vixit dum viginti quatuor horis vite perfectus, loqui cepit, & manu signa facere, qua in re Rege vehementius conterritus, manus miraculum accessisse: nam Rege assante, & me quoque cum multis alijs, exclamavit infans: Sum infelicitate natus ad prodendam regni amissionem & gentis perniciem ad desolationem: quibus enunciatis, ille concidit exanimis. Haud minoris novitatis, quod refert Phlegon Trallian. loc. cit. n. 17. Polyritus (inquit) post Locridem uxorem ductam, tertio die vitæ sanctus, eam reliquit gravidam, quæ monstrum ex duplici sexu peperit: quod cum in mediam concionem populi ductum fuisset ad consulendum, quid id præfagiret, quidve de eo faciendum esset; comparuit in medio populi spectrum: Polyritus scilicet, qui futurum Aetolis & Locrensibus eladem prædixit: & impotenti ad resistendum populo, filium suum monstruosum, dempto capite devoravit & evanuit: mox & caput eandem eladem elocutum est. Videnda rara ac insolita apud cit. Libavius, Licetum & Schenk de monstris. Cur habitum ut prodigium, sumendum ex Plinio, qui lib. 11. cap. 37. de hominis cerebro ait: Non corroboratur ante primam sermonis exordium. Debilior planè in utero matris propter præfata num. antec. Unde intelligitur miraculum insigne Dei, in populi Israëlitici gratiarum actione pro transitu maris Rubri (de quo egimus, hic Tautolog. 4. n. 30. & Tom. 5. It. 4. D. 2. à n. 13.) scilicet: Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. Mutos signat & infantes. Mutos, qui extra naturæ ordinem recenter nati impulsu, ut voces proferrent: Infantes, quoniam eorum confortatum cerebrum, ne balbutirent. Hi dicuntur à natura silentes, sic & sic diversis causis.

Cæth. Rhod. Mira alia.

Trallian. Caput discepti locutum. Plin.

Sapient. 10. 21.

Ali-

57 Aliter silentium non ex instrumento inepto, sed accidentaliter impedito; ut patet in his qui laborant epilepsia aut paralyti: audiunt enim, sed non loquuntur, nec possunt; quippe in usum vocis instrumentum ligatum; infantes verò non loquuntur, quoniam debile instrumentum. Tunc enim vocem emittunt vitalem, haud articulatam in conceptorum signum; igitur sine directiva facultate, quod principium locutionis. Unde muti sunt negativè, non privativè. Sunt muti actu, non potentia, qui possant dici Taciti, non Taciturni. Vid. n. 23. Muti à nativitate, propriè muti, equidem non valent verba proferre, qui non habent; cum species ad verba per auditum nunquam suppetverint. Cætera sentire naturam suam (inquit Plin. in Procem. lib. 7.) hominem scire nihil sine doctrina: nec fari. Qui audiunt & non loquuntur propter linguæ aut oris impedita, aliasve indispositiones & oblacula (ut Attomi, idest, sine ore, de quibus Hermann. Schedel. & Munster. de Monstr. Afric. ex Plin. lib. 7. cap. 2. qui lib. 5. cap. 8. præmittit: Trogloditis stridor, non vox: adeo sermonis comercio carint.) elingues sunt, idest, privativè muti: quandoquidem loquerentur & expedire, modò ad usum solverentur ab obice. Claret in Croesi filio, de quo Gell. lib. 5. cap. 9. (ex Herodot. in Calliope, seu lib. 1.) ait: Filius Croesi Regis, cum iam per ætatem fari posset, infans erat: & cum iam multum adolevisset, item nihil fari quibat, Mutus autem & elinguis diu habitus est. Quum verò in patrem eius bello magno vincitum, & urbe, in qua erat, captâ, hostis gladio educit, Regem esse ignorans, invaderet; diduxit adolescens os, clamare nitens, eoque nixu atque impetu spiritus, vitium nodumque linguæ rupit, planèque & articulatè elocutus est, clamans in hostem, ne Rex Croesus occideretur. Idem alruant Rhodigin. lib. 20. cap. 15. & Dalecamp. in Plin. 11. cap. 51. l. C. qui iurè addit: Si vera sunt, iam non semestris, sed adultus fuit. Haud mutus erat, nisi privativè, ad vocem valente obice. Si negativè, vel à nativitate, nil audisset: & mutum scire non fuisse patet; quia Hæns homo, ne occide Croesum, dicere non poterat, ni prius audierat. Indignatione, fervoreque iræ, præ amore erga patrem, vincens obicem, dirupit linguæ vincula, atque locutus, qui mutus videbatur; voce in mentis expressionem articulata. Non secus accidit Anglæ Samio, ut inquit Aul. Gell. ibid. Antea non loquens: at cum in sarro certamine sortitio inter ipsos & adversarios non bonâ fide fieret, & sortem nominis falsam animâ dævertisset; repente in eum qui id faciebat, sese videre quid faceret, magnum inclamavit: atque is oris vinculis solutus, per omne inde vite tempus non turbidè neque ad hæc locutus est.

Qui taciti, & qui taciturni?

Plin. Qui propriè muti idem.

Aul. Gell.

Dalecamp.

Unde muti loquentes?

Gell.

22 Propriè ergo vox, articulata dicitur, estque locutio. Huius partes sunt, uti mentis expressivæ, nomina & verba copulata, & ex quibus constant, syllabæ, seu in articulatione elementa, ut efferuntur in vocibus & ex vocibus signa, quæ exprimant rationalia sensa. Non enim nudæ syllabæ, nec verbum sine nomine, nec contrâ, animum cumulatè & plenè possunt exprimere; ut ait Plato in Theat. & Diogenes Babylonicus, seu Stoicus; igitur à ratione & voce pendet oratio. Unde (inquit) emittitur vox, inde etiam articulata vox. Si articulata, etiam significans: significans verò vox nihil aliud, quàm oratio est: oratio igitur inde quoque emittitur unde & vox. Oratio enim est vox significans profecta à mente & ratione. Fusc tractant Nancel. loc. cit. Biclola, Tom. 1. lib. 10. cap. 22. & Cæth. Rhodigin. lib. 29. cap. 14. Ex quælibet loquetur propriè ac strictè haud posse esse nisi in potente loqui: quod quidem donum naturale homini est, uti rationali. Iccirco Chald. in illud Genes. 2. 7. Factus est homo in animam viventem; appositè legit: In animam loquentem: igitur expressio articulata vocis, signum profectò rationalitatis. Sic autem arcana mentis designare, vel scias placitum namque est. In hoc etiam federe debet admiratio: Immensum æstimatione tot gentium sermones, tot linguæ, tanta loquendi varietas: ait Plin. lib. 7. cap. 1. Summum atque, sed ut inquit lib. 11. cap. 51. Ante omnia, explanatio animi, que nos distinguit à feris: inter ipsos quoque homines discrimen alterum æquè grande, quàm à belluis, fecit. Si scire vis discrimen, audi vel in eodem idiomate hominem & hominem. Quid si barbarum? Atlantes degentes sunt humani ritus, si credimus: nam neque nomen ullorum inter eos appellatio est. Ritus probant: Solem orientem & occidentem dirâ imprecatione contuentur. Idem lib. 5. cap. 8.

Nomina & verba vocem constituent articulatam

Diog. Stoicæ

Loqui propriè primum hominibus.

Idem. Sed invidus quibus generibus discrimen inter Silere & Tacere. Donat. Serv.

23 De silentio & taciturnitate multa dixere, maximè Grammatici, quippe minime fugiunt ostendere alogam amentiam, modò novam effusant etymologiam, ac inter voces synonymas alicquem quadrantis differentiam. Voluntariè Donatus in Eunuch. Terentij, Act. 5. scen. 1. v. 4. & in Heautont. Act. 1. scen. 1. v. 33. subdit: Reticens dolores, obicemus pudenda, tacemus consilia, secreta. Servius in Virgil. 6. Aneid. v. 390.

Si-